



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem**

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Accusationibus & inscriptionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)



quod ibi loquitur de homicidio. vt l. p. eto: edipit. §. i. de iniurijs. Si vero habent se sicut excedentia. et excessa. tunc de vtroque potest puniri non tamen potest simul accusari de vtroque ab eodem. sed ab alio sic. vt hic. et l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. Sed que est ratio huius? Respondeo. quando sunt duo iudicia. quorum absolutio lata in vno. potest parere exceptionem rei iudicate in alio. non admittitur concursus. vt l. fundi. et l. fundum. ff. de excep. et illa est ratio. quare non admittitur concursus civilis. et criminalis. de descendenti ex eodem quia absolutio lata in vno. potest parere exceptionem rei iudicate in alio. si pronuncietur super facto. Idem tenet l. in. c. nullus pluribus de reg. iur. lib. vi. Ita in proposito. quando ex eodem facto descendunt. si essent eadem persone accusatoris. et accusati. absolutio lata in vno posset parere exceptionem rei iudicate in alio. ideo idem ad accusandi non admittitur. que ratio cessat alio accusante. Dices tunc. sed que est ratio. quod iudex non potest sententiare super vno. nisi plenissime discussio alio. vt hic dicitur in vltima parte. Respondeo in istis causis capitalibus debet iudex inquirere veritatem. et etiam pro parte offensa. si ipse non opponat. vt l. §. fina. de questio. et l. si non defendatur. ff. de pen. vnde possibile esset. quod ex defensionibus factis in vno iudicio. apparet iudici. quod in alio reus non est culpabilis. vnde esset verecundia iudici. et parti iniustitia. si in vno condemnatur. et in alio absoluitur. ideo de vtroque debet esse cognitum. antequam iudicetur. Et de isto membro. quado ex vno facto oriuntur plura crimina. dic vt dixi plene in dic. l. senatus. Quam doque sunt plura facta. et plures tituli criminis. et plures modi agendi. tunc si quidem omnia illa facta tendunt ad eundem finem. non puniunt nisi tanquam de vno. vt l. illud. ff. ad l. Aquil. et ideo si aliquis insultauit. et percussit. non puniuntur de insulto. quoniam ad hunc finem fecit insultum. vt percuteret. Et glossa hanc notabiliter tenet quia vide. et signa. super verbo. plurima. Si vero illa plura facta non tendunt ad eundem finem. sed ad diuersa. tunc non de vno. sed de quolibet puniuntur. vt l. unum quam plura. ff. de priua. des. lict. et ibi plenissime dicit. Cetero ad finem. dicitur hic quod super duobus criminibus cognoscitur simul. Contra. ff. de custodia reorum. l. si. §. si. Sol. Dicit gl. fateor. donec super vno respondeat. non potest super alio arctari. vt l. contraria. Sed cum erit expeditus de responsione. quam tenetur facere super vno. tunc respondebit super alio. Hoc gl. tenet ita super verbo. vtroque. Et si quis vellet hac lege repetere. essent hinc tractate de tres materie. Primo. vtrum ille. qui habet vnam causam coram vno iudice. possit citari coram alio iudice in alia causa. Quod dicit vt dixi in l. contra pupilum. §. is qui ad manus. ff. de re iudi. Secundo vtrum ille. qui est recomendatus in carceribus ex vna causa. possit ibi recomendari ex alia. De quo dicit plene. vt in l. §. si. de cust. reo. Tertio an recomendatus in carceribus iniuste. possit ibi recomendari ex alia iniusta causa. quod dicit vt in q. illa. quam disputant. que incipit Lapis. Ultima gl. assumit omnia. et distinguit. quod dicit vt in eadem.

ADDITIONES.

- a ALEX. Accusari. Et vide. an quis possit a pluribus condemnari. Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. vi.
- b ALEX. Secundum dicitur. Quid si ex forma statuti ille qui percussit aliquem debet amittere manum cum qua percussit. et quid si cum eadem manu percussit duos. vterque vult accusare. quis perferatur. et vide plene per Jacob. de Bel. in disput. c. in li. vt infra certum tempus. vbi illa ratio in criminalibus habeat locum cum iustitio. adde quedam in libelloz. et l. §. de accusat. et Bart. late in d. l. senatus. ff. de in l. si quis homicidij. §. eo. verti. et ideo si aliquis insultat vel si quis faciat insultum et percussorem. puniuntur tanquam de vno ictu solo. Et ita causam intelligenda dicit do. Joan. post Bal. in l. diuortio. ff. de i. mat. de cuius intellectu ibi vide et in l. fructus. eo. tit. et Bart. et Bal. in l. nunquam plura. eo. tit. in versic. secundo potest exemplum. Et quod dixi an presumatur in contrarium. vide Jmo. et Bal. in l. diuortio. Et adde ad materiam. vbi habes in l. §. si. ff. de adult. et adde dicitur Bart. in l. c. v. in fine. eo. tit. Adde quod voluit Joan. And. in add. ad Spe. in ti. de inquis. §. vna. alleg. nunc tractamus de eo qui in aliquo loco aliquem cepit. et ligauit. si per plura loca duxit ad certum locum. et cum spoliatur. in quo loco sit formanda inquisitio. stante statuto quod inquisitio debeat formari in loco delicti.

L. X.

X.

**Si explicandi.** Ista est bona. et habet pulchram materiam. Breuiter dicit. qui alicui certam promittit sententiam. licet iudicem non corrumptat. tanquam corruptor. puniuntur hoc dicit. Audini dubium. pone quod ille. qui iudicem corripit nullo modo puniatur. vt puta. in capitali. licet enim reis redimere sanguinem suum. etiam corrumptendo. vt l. §. in fi. de bo. eo. et l. §. de preuari.

ca. et habuimus in l. transigere. §. de transac. Qualiter puniatur iste. qui promittit hoc ei facere. videtur quod nullo modo. quia tert. hic dicit. quod puniatur perinde. ac si puniretur principalis corruptor. sed principalis corruptor nullo modo puniretur. ergo nec ipse. cogitabitur. quia de facto fuit iudex.

L. X.

XI.

**Si quis homicidij.** Absolutio non potest iterum accusari de eodem crimine. nisi de preiudicatione primi doceatur. de alio vero crimine poterit accusari. hoc dicit.

L. X.

XIII.

**Inguili.** Dicitur est bonis casus. Non debet literis. vel relationibus publicis personarum credi. sed rei veritas inquiri. h. d. quod no. Sicut quod de licetrum non probatur per instrumentum. Idem habes in l. diuus. ff. de cust. reo. Dicit plene in l. senatus. ff. ad Turpil. ce.

L. X.

XVI.

**In causis.** Non debet procedi super crimine. nisi certa et clara preceserit accusatio. et velati certis et clara preceserit accusatio. hoc dicit. Glossa. ponit qualiter accusatio debet formari. Ergo circa hoc feci vnam magnam lectionem in libelloz. ff. de i. d. v. ibi. Et fac gl. colligitur quantum tempus est quod fuerunt facte iste glossa.

L. X.

XVII.

**Excusationis.** Accusator debet se inscribere. et detineri sicut accusatus donec causa examinetur. et detineri sicut accusatus. et detineri sicut accusatus. hoc dicit. Glossa. ponit qualiter interrogari de factis. h. d. Sicut. quod accusator. et accusatus simul detinentur. hoc de consuetudine non seruatur. nisi accusatus accusaret statim accusatorem suum de falsa. et calumniosa accusatione. et ita est de facto modo in ciuitate ista. Hoc. quod quis non debet interrogari de factis. Sicut in casibus. qui hic ponuntur in gl.

L. X.

ADDITIONES.

- a ALEX. Se inscribere. Vide etiam Barto. in l. edita. supra. de eden. et in l. transigere de transac. in princ. et vide Bald. in l. sed et si. ff. de in ius voc.
- b ALEX. Non seruatur. An a accusator debet stringi in carceribus. vide Salic. in l. militis. §. de accus. Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. vide Bart. in l. qui sine. ff. de questio.

De exhiben. & transmitt. reis. Rubr. III.

L. X.

I.

**Si miles.** Si miles commisit delictum. ad magistrum militum remittitur. hoc dicit. Not. argu. quod licet iudex secularis non possit cognoscere de crimine commisso per clericum potest. tamen eum capere. et detinere. vt remittat ad episcopum eius.

L. X.

ADDITIONES.

- a ALEX. Si miles. Hoc quod not. Bart. in l. si quis. in fi. de serui. not. in c. cum non ab homine. de iud.

L. X.

II.

**Nullus.** Reus debet carcerari. non autem ligari. nisi conuincatur. et venientibus ex longinquo. triginta dierum spatium a statuto. hoc dicit.

L. X.

ADDITIONES.

- a ALEX. Spatium statuitur. Et de isto termino comparandi in criminalibus. vide Bald. in athen. offeratur. de lit. contest. et vide id quod dixi in l. §. post Bart. ff. de cust. reo.

L. X.

III.

**Eminem.** Nullus debet citari. nisi mandato iudicis precedente. hoc dicit. Not. quod nulla potest fieri citatio realis. vel personalis. nisi iudex. hoc permiserit. quod est verum. Sicut §. de episcop. et cle. l. omnes. quod tenet Jmo. nisi esset nuncius generalis constitutus ad faciendas citationes. vt probatur per eum extra de proba. ca. quoniam contra fallam. quod non videtur verum. quia ista generalis commissio nihil releuat. vt l. §. de i. do. imp. In casibus tamen non est necesse. quod iudex hoc committat. quia hoc committit l. vt quando quis in flagranti crimine reperitur. vt l. raptores. §. de episc. au. §. de rap. vir. l. §. ff. de furt. l. si quis in seruitute. in fi. et l. interdum. §. qui furem eo. tit. j. de malef. et mathe. l. si. ff. de adult. l. capite quinto. et quod ibi no.

L. X.

ADDITIONES.

- a ALEX. Precedente. Non petitur. nisi iudice permittente. Dicebat tamen dom. Anto. quem sequitur ibi dom. Jacob. in c. de iudi. quod si apparet citationem destinatam. et relationem nuncij. presumitur sententiam iudicis de citando precessisse. l. sciendum. de verb. oblig. et vide Bart. in l. §. cura. circa fin. de offic. pref. vbi. de verb. oblig. et vide Bart. in l. §. cura. circa fin. de offic. pref. vbi. Bart. Secunda super Lod. et iij